hominum existimatione vel maxima nempe de bonis maternis et avitis, quibus excludi praeter meritum, grave et per acerbum, ne dicam ignominiosum esse judicatur. Quid autem nominatim petat orator alio tempere, quando Regi videbitur se expositurum esse dicit.

Capitulatio eorum, quibus Senatus, et caeteri Ordines Civitatis Gedanen. in constitutionibus M. Dominorum Commissariorum se pergravata conqueruntur.

Sacra ac serenissima Mtas Regia Domine Domine Clementissime quam in constitutionibus et annexa reformatione per magnificos Dominos Commissarios Regios Gedani nuper promulgatis continebantur non pauca, quae juribus, privilegijs, immunitatibus, et antiquis consuetudinibus civitatis adversarentur, Magistratus et ordines ea sine praejudicio recipere non potuerunt, interposita quae juris est protestatione, et ad S. Mtatem Regiam apellatione, quibus minime inhaerendo eundem S. Mtis R. quam possunt submisse suppliciant dignetur, sui in parte preces subditorum exaudire, suaeque civitatis ac incolarum in conservandis juribus, privilegijs et libertatibus, uti multoties verbo Regio clementissime promisit benignissimam rationem habere, eaque omnia, quae illorum juribus adversantur iis ex sequentibus apparebunt benignissime tollere, et abrogare.

De Regalibus et jure Regio.

Prima Constitutio Dominorum Commissariorum ita disponit, ut magistratus et communitas gubernationem navigationis cujuslibet propter commercia duntaxat

sibi

sic